

28. ff. de *Liberali causa*, ubi possessio libertatis admittitur; item l. *amplius* 3. in pr. l. de *bonis* 32. ff. d. r. ubi quis in libertatem vindicari dicitur.
 386 Si demum accipiatur strictissime, denotat per antonomasiam & excellenciam solam vindicationem rei corporalis & singularis d. §. *omnium* 1. *Instit. de Action. d. l. post actiones* 1. in pr. §. 1. & l. *vindicatio* 56. de *R. V.* tum quia, spectato veteri more procedendi, quando res mobilis vindicabatur, ea sub oculos Prætoris poni; & quando res immobilis vindicata fuit, ex illa solebat assumi gleba, & in jus portari: tum quia res, specificè sumpta, denotat solas res corporales, prout à juribus & rebus incorporalibus sunt distinctæ arg. §. *incorporales* 2. & seq. *Instit. de Reb. corporal. & incorporal. l. in rem* 6. ff. de *R. V.* sicque veniunt intelligenda, quæ in num. 43. de rei vindicatione.
 388 sunt dicta. Videantur D. Hillig, in *Donello Enucl. libro* 20. cap. 1. Bachov. in *comment. ad §. appellamus* 15. *Instit. de Act. n. 1.* Schneidwin. *ibid.* num. 2. Harpprecht num. 1. & seqq. Schambogen ad *cit.* §. *omnium* 1. *Instit. d. r.* Vinnius *Partit. Juris lib.* 3. cap. 35. pag. m. 605. & seqq.
 389 Cum autem, qui Dominium vindicat, & rem suam esse asserit, duo probare necessum

habeat; ex parte sua Dominium, per titulum habilem acquisitum; ex parte rei conventi possessionem: habet aliud à Jure concessum remedium, actionem scilicet ad exhibendum, quæ petit, ut possessor, quicumque sit, etiam commodatarius, depositarius, colonus, exhibeat rem, quam suam opinari esse; quatenus sciat, num ille possideat, nec ne, l. *hac actio* 1. l. *exhibere* 2. l. *in hac* 3. §. *ult. l. nam* 4. §. 4. & passim ff. ad *Exhib.* Que actio cum rei vindicatione quidem cumulari potest, ut docet Brunnum. ad l. *si Dominium* 1. *Cod. d. t. num.* 8. id tamen consilii suggerit actori, rem vindicaturus Stryck in *tract. de Action. forensi. sect.* 2. *membr.* 1. §. 11. ut, si viderit, adversarium rem dolo possidere desisse, tantum ad exhibendum agat, quod ipsò consequi potest omne interesse. quanti hoc per juramentum in litem astimaverit l. *Julianus* 9. in pr. & §. *seqq.* ff. d. t. l. *ad exhibendum* 5. *Cod. eod.* sic enim, dum 391 non vindicat, Dominum se dicere vel ostendere non tenetur l. *in hac actione* 3. §. 1. ff. d. r. sed Jurejuratam duntaxat cognoscere debet, an ejus res sit d. l. §. 9. cum tamen, si velit experiri vindicationem rei, Dominum se dicere & probare compellatur.

§. III.

Quandiu duret Dominium?

392 Dominium regulariter consueque durat, quousque Dominus id servare cupit: nam, ut dicit Pomponius in l. *id quod nostrum* 11. ff. *R. J.* id, quod nostrum est, sine factio nostra ad alium transferri non potest.
 393 Dixi: regulariter. Nam quandoque Dominium ab uno transferitur in alium, sive is velit, sive nolit; veluti contingit in Dominio revocabili, quod obtinet hæres in re, sub conditione legata; nec non in Dominio, quod habet

maritus in dote: siquidem hoc per obitum uxoris ad patrem vel illum hæres; illud per existentiam conditionis ad legatarium transit. Idem est, si res à tertio possideat 394 tur, & à domino non repetatur: tunc enim, si tempus unâ cum cæteris conditionibus, ad præscriptionem requisitis, elapsum fuerit, Dominium ex parte prioris domini extinguitur, ut patet ex *Lib. l. tract. II. de Præscriptione*.

CAPUT III.

De Speciebus Domini.

Species Domini permultas attulimus in priori Cap. Sect. 1. 2. 3. Iubet ex illis seligere, quæ longiori dispectione & tractatione videntur dignæ.

SECTIO I.

De Dominio Universali & Particulari.

SUMMARIA.

1. & seq. Explicatur Dominium universale in hereditate; & 3. ac seq. In bonorum possessione.
 5. & 6. Explicatur Dominium particularis.
 7. Utriusque tituli & causæ remissio tanquam unum.
 8. Ex Dominio Universali descendit petitio hereditatis.
 9. Est actio Universalis.
 10. & seqq. Purè realis.
 14. Bonæ fidei.
 15. & seq. Da-

tur heredi. 17. & seq. Adversus illum, qui pro hærede vel possessore possidet.
 19. Item adversus successores universales.
 20. & seqq. Circa successores particulares adhibetur distinctio.
 25. Petitur in ea, ut quis hæres declaratur.
 26. & seqq. Ac res hereditaria restituatur.
 29. & seqq. Ostenditur diversas petitionis hereditatis.

tit. 31. Ex Dominio particulari descendit Rei vindicatio. 32. Est actio realis. 33. & seqq. Quæ rem nostram corporalem. 36. & seqq. Ab ejus possessore. 40. Reperimus. 41. In repetitione probandum Dominium, & res designanda.

42. Quò factò, res jubetur restituere. 43. Durat rei vindicatio, quantum ad Dominium. 44. Divisa soli Domino conceditur. 45. & seqq. Utilis natur etiam aliis.

§. I.

De Natura Domini Universalis & Particularis.

1 Dominium Universale descriptum est in cap. 2. n. 41. quod pro objecto habet universalitatem jurium & bonorum, puta hereditatem, bonorum possessionem &c. Est enim hereditas totum quoddam collectivum, & significat universalitatem rerum & jurium, quæ defunctus habuit, scilicet res, corporales & incorporeales, commoda & incommoda, jura activa & passiva, realia & personalia l. *more nostra* 8. in pr. ff. de *A. vel O. H. l. nihil est aliud* 24. l. *hereditas* 178. §. 1. l. *bonorum* 208. ff. de *V. S. l. hereditas* 62. ff. de *R. J.* Lauterbach ad tit. ff. de *Hered. petit.* §. 1. Et hinc etiam Jus seu Dominium, quod hæredi competit in hereditate, universale est, seu est Jus reale, quò hæreditas, sive illarum universalitas, à defuncto relicta, alicujus propria est, & ex quo quis hæres, sive universalitatis illius dominus dicitur §. *sui autem* 2. §. *ult. Inst. de Hered. qual. & differ. l. licet* 10. §. 1. ff. de *Hered. petit. l. in jus* 11. ff. de *Lib. & posth. l. his verbis* 48. in pr. ff. de *Hered. instit. Lauterb. d. l. Struv. exercit. ad pand.* 10. *lib. 42.* Miller in *not. ibid.* *lib.* 49.

Eadem est ratio bonorum possessionis: nam & hæc includit universalitatem bonorum & jurium, penes defunctum existentium d. l. *bonorum* 208. ff. de *V. S.* eò quòd nihil aliud sit, quàm hereditas Prætoria, seu Jure Prætorio, quatenus Civili contradistinguitur, delata l. *hereditatis* 138. ff. d. r. l. *bona autem* 3. in *princ.* ff. de *Bonor. possess.* Eaque propter etiam hæres Prætorius, seu bonorum possessor, conse-

quitur Jus Universale seu Dominium hereditatis sibi delatæ l. *bonorum* 4. l. in *omnibus* 2. ff. de *tit. de Bonor. possess.* junctò §. *aliquando* 1. *Instit. eod.* Dominium Particulare in *cit. cap. 2. num.* 41. definitum est, quod pro objecto habet rem singularem ac determinatam, v. g. domum, agrum, vestimentum &c. Quòd si res plures sint, sed tamen ad constituendum unum totum à natura vel arte detinentur, sicuti v. g. est grex, constans ex pluribus v. g. capitibus ovium, aut domus, ex variis partibus, lignis, lapidibus &c. composita, per modum rei singularis considerantur, atque illarum nomine Dominium singulare censetur competere arg. l. *post actiones* 1. §. *ult. l. Marcellus* 3. in pr. ff. de *R. V.* Hocque Dominium, juxta frequentiore acceptionem in Jure, non qualescunque res singulares, sed corporales ac sensibiles agnoscit pro objecto, veluti colligitur ex l. *loci corpus* 4. in pr. ff. *Si servit. vindic. l. qui bona fide* 13. §. 1. l. *corum* 29. in pr. ff. de *Danno inf. Struv. cit. exercit.* 10. *lib.* 44. & ibi Miller.

Quibus ex causis acquiratur Dominium Universalis? Docebit noster *tract. de Successione Hereditaria*, tam testamentaria, quàm intestata; tum Civili, tum Prætoria &c. Quibus etiam modis acquiratur Dominium Particulare? Relucebit partim ex priori *cap. sect.* 2. *per tot.* ubi modos acquirendi naturales, ut vocant, adstruximus; partim ex tractatu de *Pactis & Contractibus*, ubi quosdam contractus Domini translativos attingemus.

§. II.

De Petitione Hereditatis, seu actione, quæ descendit ex Dominio Universali.

1 EX Dominio Universali descendit hereditatis petitio, quæ est actio universalis, purè realis, & bonæ fidei, quæ hæres agit adversus illum, qui pro hærede vel possessore possidet, petitque, ut hæres declaretur, ac res hereditaria sibi restituatur. Ita D. Gletle ad tit. *Instit. de Action. n.* 22.

2 Dixi l. actio Universalis: quod prædicatum hereditatis petitio desumit partim ex objecto, quod est universalitas jurium ex num. 1. partim ex causa efficiente, seu Jure & Dominio universalis ex num. 2.

3 Dixi l. purè realis: Sic enim in l. *sed etsi* 25. §. *penult. ff. de Hered. petit.* deciditur in verb. *et si in rem actio sit*; & (supponitur in l. *legitimam* 8. ff. *eod.* ubi hereditas dicitur vindicari; vindicari autem propriè verificatur de actionibus purè realibus ex cap. 2. n. 323.

4 Ratio est: quia fundamentum & causa, ex qua descendit petitio hereditatis, est Jus in re, scilicet

actio Dominium Universale; nec admixtum sibi habet Jus ad rem juxta superioris dicta in cap. 1. n. 35. & in cap. 2. num. 44. & seqq. qui enim hereditatem præterdit, non se fundat in obligatione vel factio alterius, sed in Jure Domini universalis, asserens, hereditatem suam esse, id est, Jure Domini ad se spectare l. *licet* 10. §. 2. ff. d. r. l. *post actionem* 1. §. 1. ff. *Si pars hereditatis petit.* Ergo etiam ipsa petitio hereditatis purè realis est: cum, quale Jus est, tanquam actionis causa, talis sit actio, tanquam effectus. Vocatur equidem in l. *hereditatis* 138. tit. 7. *Cod. de Petit. hered. mixta personalis actio*, non quòd realis simul & personalis sit (secus enim evaderet sensus tautologicus, & h. personalis bis poneretur, semel explicitè, & semel implicitè sub *ly mixta*, ut bene notavit D. Gletle in p. 2. *pand. quest.* 30. *sub num.* 31.) sed quòd admixtas habeat præstationes personales, quatenus non tantum petuntur res, in hereditate

tate formaliter existentes, sed etiam rerum. distractarum pretia, & debita, à debitoribus hereditariis iure obligationis personalis exacta d. l. sed est 25. §. penult. l. si possessori 31. §. ult. 13 ff. de Heredit. petiti. Alioquin eodem jure liceret asserere, rei vindicationem esse actionem mixtam: eò quòd præstatione personales sibi conjunctas habeat, dum & fructuum à malæ fidei possessore distractorum pretium, & occasione rei peremptæ vel deterioratæ possessori acquisita actio Legis Aquiliæ, & omnis causa est præstanda l. item si 15. §. 1. l. Julianus 17. §. 1. l. præerea 20. ff. de R. V. Itaque contra plurimos sentiunt cit. Gletle, & Schwendendorffer ad Eckoldt d. t. de Heredit. petiti. §. 4. iisque consentire videtur Perez in Cod. cit. tit. n. 2.

14. Dixi III. & bona fidei per textum expressum in §. alium autem 28. Institut. de Action. & l. ult. §. ult. Cod. d. t. Quod tamen irregulare & singulare est, dum qualitas ista non realibus, sed personalibus actionibus aliis competit. Ideò autem petitioni hereditatis videtur annexa fuisse qualitas bonæ fidei: quia propter universalitatem objecti Judicis potestas ita credebatur dilatanda, ut posset ex æquo & bono judicare, quid, quantum, & quale in restitutionem hereditatis veniat. Perez cit. num. 2.

15. Dixi IV. quæ hæres agit. Oportet igitur, ut, qui petit hereditatem, hæres sit, & hæredem se, si negetur, probet. An autem sit hæres ex testamento vel ab intestato; fideus, aut privatus; primus vel secundus, seu hæredis hæres; per se, vel per alium; nil interest l. hereditas 1. cum 2. seqq. ff. l. si putas 6. l. si filius 16. famulias 10. Cod. d. t.

Quin etiam hereditatis emptori datur hereditatis petitio, utilis quidem ex ipso contractu emptionis venditionis quia, tamen si hereditatem acquisiverit ex titulo singulari, succedit tamen in jus venditoris, & hæredis vicem obtinet l. ei qui 5. 4. in pr. ff. d. t. l. si cum emptore 16. ff. de Pañ. l. venditor 2. §. 18. ff. l. emptor 5. Cod. de Heredit. vel act. vendit.) directa verò per cessionem seu mandatam venditoris datur d. l. emptor 5. Perez cit. l. n. 5.

17. Dixi V. adversus illum, qui pro hærede vel possessore possidet. Is itaque, qui convenitur hereditatis petitione, debet hereditatem vel partem ejus, quamvis minima sit, possidere, non quomodocunque, sed vel sub titulo hæredis, fortè quòd probabiliter se putet, hæredem esse, aut dolosè se fingat hæredem; vel sub titulo possessoris, qualis est, qui nullum hereditatum, aut manifestè nullum, allegat, sed interrogatus, cur possideat, respondet, quia possideo l. regulariter 9. l. pro hærede 11. cum 2. seqq. ff. de Heredit. petiti. Lauterbach ibid. §. 11.

18. Sicut autem in cæteris Juris articulis possidere censetur, qui dolè rem possidere desit l. ad ea 157. §. 1. ff. de R. F. ita etiam in presenti l. nec ullam 13. §. 2. & 14. ff. de Heredit. petiti. Et sicut in rei vindicatione pro possidente reputatur, qui se possessorem, ignorante adver-

riò, malitiosè fingit, l. is qui 25. & 2. seqq. ff. de R. V. sic etiam in petitione hereditatis d. l. nec ullam 13. §. 13. l. qui se liti 45. ff. de Heredit. petiti. Struv exercit. ad pand. 10. th. 48. Stryck de Action. forens. sect. 2. membr. 3. §. 5. Quoad horum successores distinguitur inter universales & singulares. Universales indistinctè tenentur hereditatis petitione, sive licenter qualitate possessionis ex parte suorum antecessorum, sive nesciverint d. l. nec ullam 13. §. 3. & 11. ff. d. t.

De singularibus distinguen- dum existimo inter petitionem directam & utilem. Directa non datur per cit. l. nec ullam 13. §. 8. ff. l. hereditatem 7. Cod. d. t. quia possessor singularis, quisunque sit, non negat directè Jus hereditarium, sed rem hereditariam. Utilem quandoque datur, quandoque non. Datur, si possessor hereditatem mala fide comparaverit juxta textum in d. l. nec ullam 13. §. 8. & 9. ff. l. post mortem 2. Cod. d. t. tunc enim indirectè saltem Jus hereditarium impugnare, & pro possessore possidere videtur, sicut qui hereditatem titulo manifestè nullò comparavit d. l. nec ullam §. 1.

Non datur, si possessor hereditatem aut ejus partem bonà fide comparaverit d. l. post mortem 2. in fin. & arg. l. hæres 25. §. 7. l. si quid 45. in pr. ff. Famil. heredit. ubi, quæ à cohærede titulo singulari possidentur, negantur in divisionem hereditatis venire; sicque nec in petitionem hereditatis venient: quia, qui titulo singulari possidet, nec directè nec indirectè movet hæredi questionem de Jure Domini hereditatis, sicut ille, qui pro hærede vel possessore possidet: adeoque actio hereditaria nequit adversus eum institui. Nisi forsitan hæres aliter hereditatem sine molestia vel incommodo non possit consequi: tunc enim contra possessorem datur actio utilis, non quidem, quoad effectum (in effectu namque non differt à rei vindicatione) sed quoad objectum tantum, ut scilicet unicà actione quoad totam hereditatem restituendam conveniat, nec singularibus & multiplicatis judiciis iteratè divexetur d. l. nec ullam 13. §. 4. & seqq. d. l. mota 2. in f. l. penult. Cod. in quib. caus. cess. longè temp. præscripi. Ita ferè Brunnum. ad cit. l. mota 2. & l. hereditatem 7. Cod. de Petiti. heredit. Lauterbach cit. tit. ff. §. 12. & seq. & ex parte D. Gletle p. 2. pand. q. 15. n. 4.

Hinc in fine in l. cogi 11. Cod. de Petiti. heredit. statutum est, ut possessor hereditatis edat titulum suæ possessionis: indeque perquam utile & proficuum erit hæredi, si priusquam actionem informet, interroget ex possessore, quonam titulo possideat? Stryck de Actionib. forens. sect. 2. membr. 3. §. 4.

Dixi VI. petitque, ut hæres declaretur. Cum enim per hereditatis additionem quis hæres efficiatur l. hæres 37. l. hæres quandoque 54. ff. de A. vel O. H. l. omnia ferè 193. ff. de R. F. per ejus petitionem non cupit hæres effici, sed solum declarari. Miller ad Struv. exercit. 10. th. 52. l. a.

Dixi VII. de res hereditaria sibi restituantur. 26 Igitur

Igitur restituenda sunt omnis generis res, quæ penes defunctum erant tempore mortis l. item videndum 18. §. ult. l. & non 19. in pr. & §. 5. seqq. ff. de Heredit. petiti. item quæ hereditati post mortem quatuor ex causa accesserunt l. item veniunt 20. §. 3. ff. eod. quin & rerum venditarum pretia, debita à creditoribus hereditariis soluta, & actiones noviter acquisitæ l. sed est 25. §. 18. l. illud quoque 40. §. 2. & 27. seqq. ff. d. t.

Quoad fructus est differentia inter possessorem bonæ & malæ fidei. Ille restituit fructus extantes, & consumptos, in quantum ex iis tempore rei judicatæ locupletior factus invenitur d. l. sed est 25. §. 11. 28. & seqq. ff. d. t. Ille teneatur omnes fructus, extantes & consumptos, perceptos & percipiendos, restituere d. l. sed est 25. §. 4. & 5. seqq. & si prado fuerit, aut fur, teneatur etiam præstare casum fortuitum, & eorum, quæ casu perierunt, æstimationem fol-

vere l. si pro fure 7. §. ult. l. in re 8. in princ. ff. de Condit. fidei. l. ult. Cod. eod. Latè Struv. de exercit. 10. th. 54. & seqq. Miller ibid. Lauterbach §. 16. & seqq.

Porrò hereditatis petitio vel est simplex vel qualificata. Simplex vel est directa, & tum Civilis, aut prætoria fidei bonorum possessoria; vel obliqua, præ fideicommissoria, de qua tit. ff. de Possess. & Fideicommiss. heredit. petiti. Qualificata vocatur aliò nomine querela inofficiosa, de qua tit. Inst. ff. & Cod. de Inoff. testam. Qualiscunque tamen sit, semper in effectu videtur eadem arg. l. Papinianus 8. §. 8. l. qui de inofficiosa 20. ff. de Inoff. testam. l. per quam 2. ff. de Possess. heredit. petiti. l. quæ actio 2. ff. de Fideicommiss. heredit. petiti. Nisi quòd simplex ex speciali privilegio triginta annis duret l. hereditatis 7. Cod. de Petiti. heredit. qualificata verò post quinquennium expiret l. si quis 34. in fin. Cod. de Inofficiosa. testamens.

§. III.

De Rei vindicatione, velut actione, quæ descendit ex Dominio particulari.

31. EX Dominio particulari descendit Rei vindicatio, quæ, si pressius juxta num. 6. accipiatur, definitur à D. Gletle ad tit. Inst. de Action. num. 24. quòd sit actio realis, quæ rem nostram corporalem ab ejus possessore repetimus.

32. Dixi I. actio realis. Nam ejus fundamentum & causa est Jus in re, seu Dominium ex dictis.

33. Dixi II. quæ rem nostram corporalem. Res enim corporalis in sensu strictissimo fundat Dominium ex d. n. 6. & vindicatio rei, in rigorosa Juris consideratione, tendit ad solam rem corporalem petendam ex cap. 2. n. 386. Addere potuissem, rem singularem; quod vocabulum ex num. 5. manet explicatum.

34. Dixi III. ab ejus possessore; cujus nomine non solum intelligitur civilis & proprius, sed etiam naturalis ac improprius, quicumque scilicet rem detinet, & ejus restituenda facultatem habet l. officium 9. ff. de R. V. etiam si post litem contestatam eam habere cõperit l. sin autem

35. 27. §. 1. ff. eod. quamquam, si improprie tantum & alienò nomine quis possideat, actionem & judicium evitare possit, auctorem suum nominandò l. si quis 2. Cod. Ubi in rem.

36. Actio etc. Amplius etiam possidere creditur, qui dolè desit possidere l. sin autem 27. §. 3. l. qui petitoris 36. in pr. ff. d. t. adeò, ut si actor ab ipso æstimationem rei consecutus fuerit, adhuc contra tertium & verum rei possessorem agere, remque vindicare non prohibeatur; licet à contrario, si prius rem à vero possessore receperit, nequeat à desistente possidere æstimationem petere l. Stichum 95. §. 5. ff. de Solut. quia rei æstimatio, non autem æstimationis res inesse censetur l.

37. 28. num. 88. ff. de V. S. Ulterius possidere

judicatur, qui, actore nesciente, per mendacium se obtulit liti, tanquam possessor, & litem contestatus est l. si is 7. ff. de R. V. Nam & ille non aliter convenitur quoad æstimationem, ac quidolò possidere desit, de quo statim egimus. Contra possessores hæredes datur rei vindicatio, non quatenus hæredes sunt, sed quatenus possident: ut adeò, si unus solum possideat, solus est conveniatur l. si in rem 42. l. si possessor 55. ff. d. t. quia reales actiones inter hæredes non dividuntur arg. l. ult. Cod. Si unus ex plur. hæredib. Lauterbach ad cit. tit. ff. §. 14.

Dixi IV. repetimus. Ubi tamen ex parte ad repetentis seu vindicantis comprimis est probandum Dominium; in qua probatione si defecerit, possessor absolvitur l. ult. Cod. de R. V. Sufficit autem, Dominium, lite jam pendente, supervenisse, si actor in Dominio generaliter se fundaverit, aut illud ex causa de præterito accesserit; secus, si in speciali titulo Domini v. g. emptione, legato, se fundaverit, & illud ex causa de præsentis accesserit juxta cap. Abbate 3. de Sentent. & re judic. in 6. Gletle p. 2. Pandect. q. 16. n. 3. Deinde res designanda est, quæ, quanta, & qualis sit l. si in rem 6. l. in speciali 73. in pr. ff. d. t. item & possessio ex parte rei secundum dicta in num. 34. quam, si reus habere neget, & mendacii convinctur, in continenti restituere debet actori l. ult. ff. eod. non aliter eandem recuperaturus, ac si in petitorio Dominium probaverit Novell. 18. cap. 10. Lauterb. d. t. §. 20.

Facta sic probatione, possessor jubetur rem cum fructibus (de quibus in cap. ult. plenius differemus) & omni causa restituere l. si res mobilis 10. & seqq. usque ad l. præerea 20. ff. d. t. Cui justus si possessor non statim paruerit,

rit, res possessa militari manu extorquetur; & si dolo fuerit dimissa possessio, sine fine & termino juratur in litem; & si sine dolo, condemnatur ad interesse actori præstandum & qui restituere 68. ff. d. r. Ideoque rei vindicatio est actio arbitraria arg. §. præterea 3. Inst. de Actio.

43 Durat hæc actio, quamdiu durat Dominium; hoc si fuerit amissum per interitum, alienationem; aut præscriptionem rei, amittitur per consequentiam rei vindicatio.

44 Petes: de iure rei vindicatio soli domino?

Resp. directam, quæ descendit ex Domino, soli domino competere, veluti patet ex terminis; & clarè traditur in l. si ex ea 6. Cod. de R. V. l. qui aliena 8. Cod. Si quis alteri vel sibi &c. dum ibidem decernitur, ne quidem illi, cuius

pecuniis ab alio res emptæ fuit, vindicationem competere. Utiles verò ex benigna 45

interpretatione nonnunquam datur alii, quam domino. Sic enim utilis vindicatio I. conceditur pupillis, Ecclesiis, minoribus, ad vindicandas res, ipsorum pecuniis emptas à tutore, administratore, vel curatore l. est tutores 2. Cod. Quando ex facto tutor. & arg. l. ut inter 23. §. 1. Cod. de SS. Ecclesiis junctò cap. fixum 4. XII. q. 2. cap. Prebiter 2. cap. investigandum 4. de Pecul. Clericor. II. conce-

ditur uxori & militi, quando pecuniis illorum res fuit comparata l. uxor marito 55. in fin. ff. de Donation. inter vir. & uxor. l. si ut proponis 8. Cod. de R. V. III. conceditur cessionario, 47

donatario, vel emptori, cui actio realis cessit, donata, vel vendita fuit l. emptor 7. l. postquam 7. l. ut. Cod. de Hæred. vel ali. vend. Struv. exercit. 11. ad pand. th. 6. & ibi Miller in not. per tot

SECTIO II.

De Dominio Directo & Utili.

SUMMARI A.

48. & seq. Dominii Directi & Utilis in feudo explanatio. 50. & seq. Effectus Dominii Directi subjiciuntur. 54. & seq. Effectus Utilis Dominii ostenduntur. 58. & seq. Ex Dominio Directo competit Domino feudi rei vindicatio directa. 62. Vasallo competit utilis rei vindicatio. 63. & seq. Dominium feudale potest acquiri præscriptione. 65. & seq. Regulariter tempus 30. annorum requiritur. 69. Contra Ecclesiam 40. anni desiderantur. 70. Dominium Directum & Utile in emphyteusi ad-

struitur. 71. & seq. Effectus Domini Directi. 74. & seq. Quo refertur alienatio, de qua latius agitur. 80. & seq. Effectus Dominii Utilis. 84. & seq. Domino Directo rei vindicatio directa; 86. & seq. Emphyteuma utilis conceditur. 87. Emphyteusi acquiritur præscriptio ordinaria. 88. & seq. Dominium Directum & Utile in superficie describitur. 90. & seq. Effectus Dominii Directi. 92. & seq. Effectus Dominii Utilis. 95. & seq. Constitutio Juris Superficarii.

§. I.

De Dominio Directo & Utili in Feudo.

48 Dominium Directum & Utile quoad existentiam & essentiam genericè probatum & definitum dedimus in cap. 2. à n. 29. Superest, ut illud in specie contueamur, & priusquam quidem in Feudo. Enimverò si res immobilis aut æquipollens cum obligatione fidelitatis aut servitiorum alicui detur in Feudum, dans retinet Dominium Directum, seu proprietatem, eoque nomine Dominus Directus salutaris tit. 8. §. rei tit. 23. Feud. 2. accipiens verò nascitur Dominium Utile, & Vasallus appellatur ad textibus.

50 Vi Dominii Directi competit Domino I. facultas, ut sine illius assensu nequeat feudum alienari; & si alienatum fuerit, ab ipso revocari possit tit. 40. in pr. §. præterea tit. 55. in pr. Feud. 2. Quamquam nec ipse Dominus sine voluntate Vasalli feudi proprietatem alienare valeat d. tit. 55. §. 1. §. præterea tit. 34. §. 1. in pr. Feud. 2.

II. habet Dominus Vasallum obligatum, ut in recognitionem Dominii Directi petat renovationem investituræ, si vel persona Domini, vel persona Va-

falli mutetur tit. 3. tit. 24. tit. 40. in pr. Feud. 2. III. habet Dominus obstrictum Vasallum, ut in recognitionem ejusdem Domini præstet fidelitatem, & servitia tit. 5. Feud. 1. tit. 3. §. 6. 7. §. 4. Feud. 2. IV. Recupera Do-

minus Utile Dominium, quando id Vasallus ex culpa seu feloniam amittit. tit. 23. 24. 27. 37. §. 2. Feud. 2. Nisi, ut alibi nempe in rr. seq. de Pact. & Contract. cap. 2. selt. 4. deducatur, ad agnatos devolvatur.

VI Dominii Utilis competit Vasallo potestas, rem, in feudum concessam, tanquam suam (salvâ illius substantiâ) tractandi, meliorandi, ad usum & utilitatem suam aptandi, actiones ejus nomine tum intendendi tum suscipiendi tit. 8. in pr. tit. 43. Feud. 2.

II. §. 5 potest Vasallus omnes fructus, in re feudali existentes, tam naturales quam industriales percipere; quin imò fructus ad eundem, ceu Dominum Utilem, pertinent, tamen ab alio fuerint à corpore separati per cit. tit. 8. in princ. §. rei autem tit. 24. Feud. 2. & arg. l. usufructu 7. §. 1. & 2. l. arboribus 12. §. uli. ff. de Usufruct. III. non potest quidem rem feudalem, abs-

que

que consensu Domini & Agnatorum, alienare tit. 40. in pr. §. præterea tit. 50. tit. 55. in pr. Feud. 2. potest nihilominus alium in re feudali sub-infeudare, dummodò sincerè, nec in fraudem Legis, alienationem prohibentis, agat, nec aliis conditionibus, quam ipse feudum acceperit, id in alium transferat tit. 9. in pr. tit. 24. §. 2. d. tit. 55. in pr. §. callidis Feud. 2. Potest etiam jus seu commoditatem percipiendi fructus alteri locare, si rursus fideliter

57 & sine dolo id faciat d. tit. 9. §. 2. IV. aliquando potest ipsam proprietatem in feudo consequi, quando nimirum Dominus talem culpam aut infidelitatem erga Vasallum admittit, ob quam, si Vasallus eadem se contaminaret, Utili Dominio privaretur tit. 26. §. 7. §. dominio committent &c. Feud. 2.

Conferantur Vultejus de Feud. lib. 1. cap. 10. n. 28. cum 3. seqq. & n. 137. cum plur. seqq. Struv. in Synag. fur. Feud. cap. 12. per tot.

58 Nascitur ex Dominio Directo directa rei vindicatio, quæ Dominus Directus potest rem feudalem à quovis possessore, exceptò Vasallo, repetere, arg. tit. 8. §. 2. & tit. 23. Feud. 2. neque enim à Dominio Directo separari potest directa vindicatio, tanquam proprietates eidem inseparabiliter inhærens. Struv. d. l.

59 cap. 16. th. 2. n. 3. Nec poterit is, qui feudum possidet, Dominum repellere per exceptionem, quòd Utile Dominium non habeat: nam ita exceptio, cum sit de jure tertij, non potest excipienti prodesse. Rosenthal Code Feud. cap. 12. conclus. 12. n. 49.

Si tamen in vindicatione Dominus cum Vasallo concurrat, hic illi præferatur: sicut enim Dominium Utile, quod habet Vasallus, pro eo tempore præferatur quoad exercitium Dominio Directo; sic etiam quoad vindicationem. Vultejus de Feudis l. 2. cap. 1. n. 19. Stryck in tractat. de Allion. forens. selt. 2. membr. 1. §. 13.

61 Ideo formata superius exceptio, quòd vindicatio contra Vasallum non competat Domino, suapte natura firmatur; nisi supponamus casum, quòd feudum extinctum, & jus Vasalli resolutum est. Vultejus d. l. n. 33. Schrader. de Feud. part. 9. 2. part. princ. selt. 9. num. 22. & seqq.

62 Ex Dominio Utili nascitur utilis rei vindicatio, quæ Vasallus rem feudalem à quovis possessore, etiam Domino Directo, repetere potest. Textus in cit. tit. 8. in pr. §. rei autem Feud. 2. sicque in Camera Imperij judicatum refert Vultejus d. l. n. 18.

63 Si petas: quomodo Dominium feudale queratur?

Resp. præter investituram, de qua in cit. rr. de Pact. & Contract. cap. 2. selt. 4. superesse duos modos, successorem ab intestato, quam examinatam reperies in tract. de Success. hæred. p. 2. cap. 3. & præscriptionem, cujus expressa fientio in tit. 26. §. 4. Feud. 2. ibi: si quis per

30. annos rem aliquam ut feudum possedit, & servitium Domino exhibuerit, quævis de ea re non sit investitus, præscriptioni tamen 30. annorum servari potest. Procedit itaque Dominii feudalis præscriptio tam ex parte Vasalli quoad Dominium Utile contra Dominium, casu quò Vasallus rem, aliunde pertinentem ad Dominum, per 30. annos ut feudalem possidet, & servitia præstat; quam ex parte Domini quoad Dominium Directum contra Vasallum, casu quò Vasallus ex re sua propria Domino petenti per 30. annos exhibet servitia. Rosenthal de Feud. cap. 6. conclus. 77. n. 1.


Nec opponere licet, præscriptionem vel omnino non posse fundamentum habere, quòd actus merè sit facultatis, petere vel exhibere servitia feudalia; vel saltem præscriptionem ordinariam seu 30. annorum inter præsentis sufficere arg. l. uli. Cod. de Præscript. longi temp. Enimverò quoad primum ne-

65 gatur, exhibitionem servitiorum, sub titulo & nomine Vasalli longissimò tempore uniformiter continuatorum, actibus merè facultatis accenseri: confurgit namque justissima præsumptio, talia servitia ex obligatione Vasallitica & non ex mera libertate præstita fuisse eorum, quæ scripta sunt in Lib. 1. tract. de Præscript. cap. 4. à n. 74. Quoad se-

67 cundum recitatus textus ex tit. 26. §. 4. recessum nimis apertum fecit à præscriptione rerum allodialium, Jure Communi ceteroquin introductâ; fortassis idèò: quia titulus, ad præscriptionem longi temporis aliàs requisitus, in feudi præscriptione rariùs occurrit. Et licet in tit. 87. Feud. 2. fermo

68 sit de præscriptione 10. annorum: attamen casus ibidem longè diversus proponitur, quando scilicet Dominus Directus Vasallum in re aliena investivit: tunc enim, sicut investiens adversus verum rei dominum præscribit jus Dominii Directi; sic Vasallus, titulò investituræ munitus, jus Dominii Utilis præscribit. At casus noster est conceptus de feudo, in quo citra investituram, sique sine titulo, jus Dominii feudalis præscribitur.

An autem in præscribendo feudo Ecclesia 69 stico sufficiat 30. anni; vel potius 40. requirantur? Apud Feudistas hæret in ambiguo. 30. annos sufficere vult Vultejus lib. 1. cap. 9. num. 8. cum citatis: eò quòd jus feudale in cit. textu non distinguit inter feudum Ecclesiasticum & Sæculare. 40. annos melius requirunt Schrader de Feud. p. 4. cap. 5. num. 17. Rosenthal de Feud. cap. 6. conclus. 78. num. 7. Mynsing cent. 4. obs. 29. n. 3. Clariff. D. de Chlingenberg de Feud. cap. 5. n. 16. ex ratione: quòd credibile non sit, minorem præscriptionem Jure Feudali adversus Ecclesiam esse concessam, quam Jure Canonico & Civili: sic enim privatus quilibet ejusdem favoris & conditionis existeret, cujus Ecclesia.



§. II.

De Dominio Directo & Utili in Emphyteusi.

70 IN Emphyteusi non minus quam in feudo reperire licet Dominium Utile & Directum. Nam, quando res immobilis alicui cum obligatione conceditur, ut in recognitionem Domini annuam solvat, remanet concedenti Dominium Directum (quod aliquando Dominium simpliciter aut proprietatem appellatur) & Dominium Utile (quod etiam subinde *Jus emphyteuticarium* nuncupatur) transferitur in accipientem. Textus in §. *ad rem 3. Inst. de Locato & Cond. l. agr. 1. §. 1. ff. Si ager vestigial. l. si domus 71. §. penult. & ult. ff. de Legat. 1. l. Jus emphyteuticarium 1. l. ult. in princ. Cod. de Jure Emphyteut.*

71 Propter Dominium Directum I. Dominus Emphyteutam habet obligatum, ut canonem annuum per pensionem (quam olim *vestigial* dicebant *d. l. agr. 1. in princ. ff. Si ager vestigial.*) & certis temporibus *landemium*, seu quinquagesimam partem pretii in recognitionem Domini Directi præstet *d. l. ult. & l. in 2. emphyteuticarius 2. Cod. de Jure Emphyteut.* II. habet Dominus Directus jus revocandi prædium emphyteuticum, si vel tempus, in contractu emphyteutico præfinitum, fuerit elapsum, aut emphyteuta penam caducitatis incurat *d. l. in emphyteuticarius 2. nec tenetur emphyteuta propter meliorationes ordinarias, quas ex natura contractus facere obstringitur, satisfacere per d. l. 2. & Novell. 7. cap. 3. §. 2. licet aliud sit de extraordinariis.* Lauterbach ad *cir. tit. ff. §. 22.* III. potest ipsemet Dominus, emphyteutam non consulto (salvo tamen, quod habet, jure) rem emphyteutam alienare: neque enim ex Jure vel natura emphyteuticis ostendi potest prohibitio, quæ Dominus Directus alienandi potestate, quæ pollebat ante constitutionem emphyteuticam, post constitutionem privetur. Struv. *exercit. ad pand. 11. th. 67.* Miller *ibid.*

72 IV. habet emphyteutam obstrictum, ut, si velit emphyteusin quocunque titulo alienare, Domini consensum præquirat. Esto enim nonnulli fuerint, qui liberam emphyteutam licentiam alienandi concesserunt, sola venditione excepta, propter textum in *l. agr. civitatum 1. in princ. ff. Si ager vestigial. l. Lex vestigial. §. 1. ff. de Pignor. l. si domus 71. §. ult. ff. de Legat. 1. Vinnius *lect. quest. lib. 2. cap. 2. circa princ. & fin.* Communior tamen & verior sententia cum Zoëli, ad *tit. ff. Locati n. 95.* Fachin. *lib. 3. controuv. cap. 97.* & *lib. 7. cap. 98.* Struv. *cit. exercit. 11. th. 69.* Miller *ibid. lit. e.* Gletle *p. 2. pandect. quest. 23. num. 17.* requirit petitionem licentiae, quam tamen Dominus, si contra personam emphyteutæ novi non possit rationabilem exceptionem ostendere, negare non potest; & si illam non præstitit post denun-*

tiationem alienationis intra bimestre, valet alienatio. Ita textus perspicuus in *spec. d. l. ult. Cod. de Jure Emphyteut.* in cuius principio Justinianus refert dubitationem Veterum de alienatione juris emphyteutici; moxque generatim declarat, quod, si nihil specialiter inter Dominium Directum & Emphyteutam super hoc convenit, *minimè liceat, sine consensu Domini meliorationes vendere, vel jus emphyteuticum transferre.* Subjicit etiam in *76*

fine: si autem verum emphyteutam vel emptorem meliorationis suscipere minimè Dominus maluerit, & NB. attestatio fallâ, intra duos menses facere superederit: licet emphyteuta, etiam non consentientibus Dominis, ad alios suum jus vel emphyteutam transferre. Sin autem aliter fuerit verus, quam nostra constitutio disposuit, jure emphyteuticâ cadat. Nec refragatur textus *77* in *num. 73.* citati: quia, dum legatum & oppignorationem emphyteuticam admittunt, non excludunt Domini consensum, sed, juxta *cir. l. ult.* velut noviore constitutionem, supponunt, aut supponere debent, ut Jura Juribus concordentur, & textus generales ex specialibus dilucidentur.

In eo tamen cum *cir. Vinnio* discrimen inter venditionem & ceteros actus seu modos alienationis agnosco, quod emphyteuta, jus suum venditurus, teneatur emendi prærogativam offerre Domino, & si ille iusto pretio comparare voluerit, Dominum extraneo præferre; cum tamen jus suum donaturus, legaturus, permutaturus &c. idem facere non teneatur: quippe cum in *cir. l. ult. de emendi prærogativa* seu jure prælationis in sola venditione sermo sit; ex ea fortassis *79* consideratione: quod in venditione nihil interfit emphyteutæ, nisi Dominus, nisi alii vendat, si iustum ab unoquoque pretium recipiat; interest autem in donatione v.g. legato, & permutatione: quia libentius quis donat aut legat rem immobilem, quam pecuniam, seu rem fluxam & lubricam, ut statuat perenne suæ liberalitatis monumentum: facilius quoque succedit permutatio, si quis, comparaturus rem immobilem, aliam similem permutanti cedat.

Propter Dominium Utile potest I. emphyteuta omnes omnino fructus, & omnem utilitatem ex re emphyteutica, non minus ac Dominus ex re sua, percipere *l. agr. 1. in princ. & §. 1. ff. Si ager vestigial. §. adco autem 3. Inst. de Locat. & conditâ.* II. potest rem emphyteutam meliorare, factasque liberè meliorationes seu extraordinarias, etiam finitæ emphyteusi, retinere, itaque circa rem, vel eam servandò vel locandò, disponere, quantum sine præjudicio Domini proprio commodo & utilitati deservit. Struv. *cit. exercit. 11. th. 69.* Miller *ibid. l. a.*

III. potest rem emphyteutam

teuticam alteri in emphyteusin dare, seu quod idem est, subemphyteusin constituere. Quod, licet fieri non possit, Dominò non consulto, secundum omnes ferè scribentes de hac materia testatur Alvarotus Valafcus de *Jure Emphyteut. q. 13. num. 11.* Aliud tamen arrisit Zoëli ad *tit. ff. Locati num. 104.* Struv. *cit. l. th. 70.* Millero *ibid. l. a. & merito:* nam, si Vasallo liceat in feudali alium subinfundare

83 *ex num. 56.* cur emphyteuta non liceat, rem emphyteutam alii in subemphyteusin dare? Est enim argumentum a feudo ad emphyteusin stringens, præsertim in materia alienationis, in qua Vasalli quàm emphyteutæ longè restrictior est potestas.

84 Ex Dominio Directo sicut rei vindicatio directa, quæ Dominus Directus rem, in emphyteusin concessam, à quovis possessore (præter emphyteutam) repetere potest *arg. l. prætor ait 1 §. 4. ff. de Superficie.* Ab emphyteuta non potest aliter vindicare rem emphyteutam, quàm si jus emphyteuticum ex lege conventionis aut emphyteutæ culpâ peremptum sit per *l. in emphyteuticâ.* Struv. *cit. exercit. 11. th. 57.*

85 Ex Utili Dominio sicut utilis rei vindicatio, quæ potest emphyteuta suam emphyteusin.

§. III.

De Dominio Directo & Utili in Superficie.

88 Dominium Directum & Utile locum, etiam habet in Superficie, quæ nihil aliud est, quàm res in alieno solo posita, vel supra faciunt foli externam eminentiam; qualis censetur planta & arbor in alieno horto, vel ædificium in aliena area. Lauterbach ad *tit. ff. de Superficie. §. 3.*

Itaque si quid in alieno solo vel area positum aut ædificatum fuerit, id Superficies appellatur, ejusque Dominium Directum competit Domino soli vel areæ: quippe cum superficies solo cedat *l. ut ff. d. l. l. si supra 28. ff. de A. R. D. l. si duo 3. §. 7. ff. Ut possideris.* Dominium Utile verò transit in Superficiarium *d. l. si duo 3. §. 7. l. Prætor ait 1. §. 6. ff. de Superficie. & arg. l. honorum 49. ff. de V. S. ubi superficies in bonis nostris dicitur existere.*

90 Virtute Domini Directi Dominus soli Superficiarium tenet obstrictum, ut solvat in recognitionem Domini Directi pensionem annuam seu solarium, pro cuius securitate tacitam hypothecam in ipsa superficie concessam habet *l. etiam 15. ff. Qui potior in pign. Lauterbach ad cir. tit. de Superficie. §. 17.*

91 Habet insuper adionem realem, & directam vindicationem tum ipsius soli, tum Superficies, sic tamen, ut, si velit experiri contra Superficiarium, per exceptionem in factum repellatur *l. Prætor ait 1. §. 4. ff. d. l.*

92 Virtute Domini Utilis habet Superficia-

rum quovis possessore, tamen si Dominus Directus sit, repetere. Textus in *l. agr. 1. §. 1. ff. Si ager vestigial.* Lauterbach ad *cir. tit. §. 19.* Quod si Dominus & emphyteuta concurrant in rei vindicatione, neutrum alteri præterendum, sed quemlibet pro ratione sui Domini admittendum esse, docuit Valafcus de *Jure Emphyteut. q. 14. num. 4.* Quia tamen in *86* *num. 60.* Vasallum in vindicanda re feudali Domino præpositum, eò quod Utile Dominium pro statu præsentis sit potius Directò: paritatis ratio suadet, ut emphyteutam quoque præponamus; præterquam si possessor non tam Utile, quàm Directum Dominium vocaret in dubium.

Si queras: quò pacto Dominium emphyteuticum acquiratur?


Resp. acquiri non solum per contractum emphyteuticum, de quo in loco proprio; sed etiam per actus ultimæ voluntatis, & præscriptionem, quæ, si titulus sit amicitia, contra privatum ac laicum longò tempore perficitur; si titulus sit delictura, longissimo tempore absolvitur, prout alias de præscriptione rerum immobilium discurrere solemus *ex l. ult. Cod. de Prescription. longi temp. Lauterbach cit. l. §. 15.*

§. III.

rius emolumentum omne, plenumque jus fruendi, habitandi, eundi, & agendi per fundum ipsius Domini ad rem superficiarium *d. l. Prætor ait 1. in pr. l. si fundum §. 1. §. 3. ff. de Legat. 1.* Habet præterea facultatem alienandi per ultimam voluntatem, venditionem, oppignorationem, servitutis constitutionem juxta *l. tutor 16. §. ult. ff. de Pignor. at. tit. l. qui tabernas 32. ff. de Contrab. empt. d. l. Prætor ait 1. §. 7. & ult. ff. de Superficie.* Habet demum potestatem agendi, movendique rei vindicationem utilem, quæ possessionem Superficiæ, casu quolibet amissam, etiam à Domino soli repetere valet *d. l. Prætor ait in pr. §. 1. 3. & 4. l. id est 74. & seq. ff. de R. V.*

Si scruteris: quò titulo constituitur Superficies?

Resp. præter titulos, Domini translativos, sufficere etiam locationem, eà Legē celebratam, ut conductor in fundo seu solo conducto liceat ædificium vel aliam rem ponere, eaque deinceps uti Jure Domini *d. l. Prætor ait in pr. & §. 3. ff. de Superficie.* Stryck de *Action. forens. sect. 2. membr. 1. §. 15.* Præscriptio quoque longi temporis tam potentem esse, ut Superficies aut potius Jus Superficiarium constituitur, in confesso est propter generalitatem textus in *l. penult. & ult. Cod. de Prescript. longi temp.* Et si titulum abesse possit, non credam per *l. dimina 4. Cod. d. l.*



SECTIO III.

De Dominio Naturali & Civili.

SUMMARI A.

97. & seq. Astringitur Dominium Naturale & Civile in dote. 99. Recensetur aliorum sententia. 100. & seq. Impugnatur. 105. & seq. Refelluntur ipsorum argumenta. 107. & seq. Ponuntur limitationes & explicationes. 113. & seq. Explicatur Dominium rei, propter nu-

pias donata. 116. Declaratur Dominium paraphernalium. 117. Adstruitur Dominium morgengaba. 118. & seq. Enumerantur effectus Domini Civiles in dote. 129. & seq. Enumerantur effectus Domini naturalis in dote.

§. I.

De Dominio Naturali & Civili, ac ejusdem objecto.

Dominium Naturale (quod alii vocant *Habituale*) juxta descriptionem, in cap. 2. n. 48. datam, est, quando alicui res secundum se & quoad substantiam est subjecta, absque eo, quod actualem dispositionem circumponere valeat. Dominium Civile (quod alii nuncupant *Actuale*) juxta definitionem *cit. loc.* adstructam, est, quando alicui dispositio, Dominio connexa, secundum effectus Civiles conceditur. Illud uxori; istud marito in rebus dotalibus, stante matrimonio competere, dictum est eodem loco. Num bene? Hic loci discutiendum erit, dum, omnia variis variorum placitis, quæ recenset Hilliger ad Donellum lib. 14. cap. 4. lit. f. aliqui eum Harpprecht ad *pr. Inst. quib. alienare licet* num. 20. Dominium Naturale simul & Civile marito, cum uxoris exclusione, concedunt; alicum Vultejo, quem calamò non differente refert Schambogen ad *Inst. cit. tit. pag. m. 328.* uxori quoque Dominium Naturale cum Civili assignant.

100 Verùm priori sententiæ refragantur partim textus generales in *l. denique 3. §. 5. ff. de Minorib. l. in eum 16. ff. de Religios. & sumpt. Fun. l. quamvis 75. ff. de Jure Dot. l. filium 4. ff. de Colatione bon.* in quibus aliquod Dominium uxori tribuitur in dote; partim textus specialis in *l. in rebus 30. Cod. de Jure Dot.* ubi disertè insinuat, dotem mansisse naturaliter in mulieris Dominio, & quasi per fictionem Juris ad maritum transiisse; quod idem est, ac Dominium Naturale seu Habituale penes mulierem persistisse, & Civiliter in maritum fuisse translatum. Posteriori sententiæ resistunt tum textus complures in *cit. pr. Institut. Quib. alien. licet. d. l. quamvis 75. ff. de Jure Dot. l. si maritus 7. §. 1. l. dotalis 13. §. 2. ff. de Fundo dot.* ubi, dum marito Dominium adstruitur in dote, id sine dubio non erit ejusdem rationis cum uxoris Dominio, ne, contra sententiam Adversariorum, eodem modo Dominium existat penes duos in solidum: tum textus in *l. ob res amotas 24. ff. de Ad. rer. amot.* ubi, cum uxori datur furtum in re dotali posse committere, supponitur, rem illam in aliquo sensu non existere in Dominio uxoris: quia rei propriæ committi furtum non censetur *l. rem mihi 21. 1045. l. ff. Commod.* tum manifesta ratio: quia di-

positio tota de dote regulariter spectat ad maritum, ex dicendis in §. seq. sicque Civile Dominium & Actuale non poterit uxori, sed marito solum competere. Itaque docent Haunold de *J. & F. tract. 4. n. 337.* Zoëf. ad *tit. ff. de Jure Dot. num. 20.* Eckoldt *ibid. §. 7.* Lauterbach *ib. §. 31.* Struv. *exercit. ad pand. 30. th. 11. & 13.* Miller *ibid. in not.* Stryck in *dissert. de Jure Mariti in Dote* (habetur in *dissert. Francofurt. Vol. noviss. num. 17.*) cap. 2. §. 34 & seq.

Nec opponas cum Authoribus primæ sententiæ, quòd, si uxor juxta *cit. l. ob res amotas ff. de A. R. A.* in re dotali furtum admittere possit, Dominium Naturale & Civile penes maritum esse debeat. Nam sufficit ad furtum, si res ablata quoad possessionem, usum, vel jus aliud pertineat ad alium per §. aliquando 10. *Instit. de Obligat. qua ex del.* sicuti res dotalis ad maritum quoad possessionem, usum usumfructum, & Dominium Civile spectat.

Nec opponas II. cum Authoribus alterius sententiæ, quòd omne Dominium sit Juris Civilis, ac nullum in Jure Dominium agnoscatur, quòd, licet sit acquisitum à Jure Naturæ, tamen à Jure Civili non approbatur. Transfert enim, quòd omne Dominium sit Juris Civilis; quid tum? Etiam Dominium uxoris in dote non ineptè vocatur esse Juris Civilis, à quo juxta *num. 100.* agnitum & approbatum est: attamen Civile non est in sensu nostro, quatenus Dominium Civile pro actuali & tali sumitur, cui dispositio secundum effectus Civiles est connexa.

Ut autem hæcenus dicta procedant, requiritur I. ut dos constituta sit in corporibus vel rebus non-fungibilibus, ac usum non consumptibilibus: nam quantitates, res res, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, ac fungibiles, aut usu consumptibiles sunt, transeunt in plenum mariti Dominium, solumque relinquunt obligatio, tantumdem in genere, sicut in mutuo, solutò matrimonio, restituendi. Textus expressus in *l. res in dote 42. ff. de Jure Dot. Brunn. ibid. num. 1.* Covarruv. *pract. 99. cap. 28. n. 6.* Molina de *J. & F. tr. 2. disp. 426. n. 3.* Lauterbach ad *tit. iii. ff. §. 31.* Ratio est: quia res dotalis marito datur ad usum: adeòque si consumptibiles sint, dantur ad ab-

usum,

Qualem Effectum habeat Dominium Civile?

usum, seu consumptionem, & plenum Dominium.

109 Requiritur II. Ut dos inæstimata, vel saltem sic æstimata sit, ut æstimatio non faciat emptionem-ventionem: aliquando enim dos æstimatur taxationis gratiâ, ut sciatur, quantum restituendum in casu, quò dos destructa vel deteriorata fuit. Aliquando dos æstimatur venditionis gratiâ, si nimirum eâ intentione fiat, ut pretium in casum soluti matrimonii restituatur.

Priore casu Dominium Naturale penes uxorem manet; posteriore totum Dominium in maritum transfertur. Textus in *l. plerumque 10. in pr. & §. seq. ff. l. quovis 5. l. §. inter 21. Cod. d. l. Brunn. ad d. l. plerumque n. 1.* Molina *cit. l. num. 4. & 2. seqq.* Haunold *cit. tract. 4. n. 331.* Struv. *cit. exercit. 30. th. 14.*

In dubio præsumunt Authores communiter cum *cit. Brunn. n. 2.* Covarruv. *d. cap. 28. n. 1. & seqq.* æstimationem venditionis gratiâ factam esse; Haunold verò *d. l. n. 333.* putat, constitutionem loci consideranda esse, num frequentius æstimatio fiat taxationis vel venditionis gratiâ *arg. l. semper 34. ff. de R. F.*

112 Requiritur III. ut dos tradatur, & quidem secutò matrimonio. Nam dos, necdum tradita, sed promissa tantum, non operatur jus in re, sed jus ad rem *arg. l. traditionibus 20. Cod. de Pact. &* si fuerit ante matrimonium tradita, conditionem secutò matrimonii sibi imbibitam habet *d. l. plerumque 10. §. 4. ff. de Jure Dot. Haunold cit. l. n. 332.*

113 Quæres I. quis habeat Dominium donationis propter nuptias, seu illius rei, quæ datur à marito uxori in compensationem vel securitatem dotis, & contra-dos appellatur?

Resp. quosdam Dominium assignare soli marito, mulieri Jure pignoris concessò. Ita Eckoldt ad *tit. ff. de Jure Dot. §. 8.* Lauterbach *ibid. tit. §. 41.* Miller ad Struv. *cit. exercit. th. 33. l. d. Schambogen ad §. 67. & aliud 3. Institut. de Donat. pag. m. 323.* At melius sentire, qui

Dominium aliquod in tali re concedunt uxori cum Haunoldo *cit. tract. 4. n. 346.* Schwendendorffer ad Eckoldt *cit. loco §. non aq. & Zoëfio ad tit. ff. cit. num. 32.* Vinnio *partita. Fur. lib. 2. cap. 26.* Ratio est: tum quia Imperator inter modos acquirendi Dominium ponit non solum donationem in genere *pr. Inst. de Donat.* sed in specie donationem propter nuptias *d. §. est & aliud 3.* tum quia in *l. ult. in pr. Cod. de Donat. ante nupt.* donatio propter nuptias exaquetur cum dote, cujus Dominium in maritum transfertur; tum quia in *l. ubi ad huc 29. Cod. de Jure Dot. & Nov. 61. cap. 1. in pr. datur uxori quod rem, propter nuptias donatam, rei vindicatio.* Interim Dominium hoc non tam absolutum est, quantum est Dominium mariti in dote: nam maritus etiam ex re, propter nuptias donata, lucratur fructus: utpote cum aliis lucrò dotalis rei careret in effectu, si lucrum rei donatæ propter nuptias haberet uxori. Haunold & Vinn. *cit. loc.* Erit itaque Dominium uxoris Civile, sed absque usufructu; erit Dominium mariti Naturale, sed cum usufructu.

Quæres II. quis habeat Dominium bonorum paraphernalium, eorum nempe, quæ præter dotem habentur ab uxore?

Resp. Dominium totaliter & privatè remanere penes uxorem; nisi marito tradiderit eâ expressâ conditione, ut illius fiant per textus in *l. §. ego 9. §. 3. ff. de Jure Dot. l. hac lege 8. l. ult. Cod. de Pact. convenit.* Haunold *cit. l. n. 345.* Lauterbach *cit. tit. §. 48.*

Quæres III. quis Dominium habeat morgengabæ, seu donationis maritalis, aut rei, quam maritus donat uxori alterâ aie post nuptias in compensationem amissæ Virginitatis?

Resp. Dominium ad uxorem in solidum spectare: sicut enim Virginitas erat thesaurus uxoris; sic morgengaba, vel eiusdem thesauri qualisqualis compensatio, est uxoris.

§. II.

Qualem Effectum habeat Dominium Civile?

Dominium Civile, quod marito competit in dote, operatur I. ut maritus lucratur fructus rei dotalis, naturales & industriales, ita tamen, ut ex fructibus illius uxorem & liberos alat, & si quid residuum maneat, in proprios usus convertere, vel alienare valeat.

115 Textus in *l. dotis 7. in pr. ff. l. pro omnibus 20. Cod. de Jure Dot. l. sed est 21. ff. Solutio matrim. Brunn. ad cit. l. pro omnibus num. 1. & seqq.* Struv. *exercit. ad pandect. 30. th. 12.* Miller *ibid.* Stryck in *dissert. de Jure Mariti in bona uxoris. cap. 2. n. 39.*

Quòd si maritus thesaurum in fundo dotali reperiat, is quidem fructibus dotis haud accensibitur: quia tamen in ipso thesauro pro fructu est utilitas; hinc maritus poterit imprimis, tanquam inventor, dimidiam thesauri partem retinere irrevocabiler; alteram verò dimidiam partem.

P. SCHMIDT JURISPR. CAR. CIV. TOM. II.

tem, solutò matrimonio, restituere debet, facultate percipiendi utilitatem, quamdiu stat matrimonium, indultà per *l. fructus 7. §. 12. in fin. ff. Solutio matrim.* Stryck *cit. dissert. n. 41.* Lauterbach ad *tit. ff. de Jure Dot. §. 34.* D. Joannes Klein in *Vol. diff. Jurid. diff. de Dominio in remiss. cap. ult. n. 73. & seqq.*

II. operatur Civile Dominium, ut maritus omnem habeat administrationem rei dotalis, intentandò & excipiendò actiones, contrahendò, meliorandò, & disponendò, prout solum patrem familias concedet; ita tamen, ut ordinariè non teneatur ad diligentiam maximam; utpote cum dotis consilio non tantum respiciat commodum mariti, sed etiam utilitatem uxoris & familiar per textus in *l. in rebus 17. in pr. ff. de Jure Dot. l. etiam filius 18. §. 1. l. filiosfamilias 25. §. 1. l. in his rebus 66. in pr. l. ult. ff. Solutio matrim.*

X x